seq ac suos successores ad eadem omnia obligat eundemque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusque terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimen ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non obstantibus [illegible] ultra proximos terminos officii illius ad quod ex praemissis citatus dilationem sibi non recipiens nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciens ac praemissa omnia penitus simplicibus vel incidentalibus evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praesertim Terrae bello Convocationeque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Abbas Sandecensis Tyrawskiemu Debet

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisl. Reverendus in Christo Pater Michael Mo[illegible]ski Abbas Sandecensis sanus mente et corpore existens a Terris districtibus suis iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens praesenti vero iurisdictioni officii Castrensis Premisliensis quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie se cum successoribus bonisque suis omnibus incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generoso Hermolao Tyrawski et ipsius successoribus summam mille florenorum pecuniae polonicae communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuataeque pecuniae tenetur atque debet. Quamquidem summam supraseratam mille florenorum polonicalium idem reverendus Abbas Sandecensis se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac singulis pecuniam habitis et habendisque memorato Creditori suo ac illius posteris inscribit et obligat Hic pro die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate Ventura dare solvere et coram officio actisque praesentibus Castrensibus Premisl. realiter et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam minus subsequenter officio non [illegible] nec arestare vel quovis alio modo impugnare. Sub vadio Similis summae Mille florenorum pecuniae polonicae per praefatum supplicantem Reverendum Abbatem Sandecensem eiusque successores memorato Generoso Hermolao Tyrawski ac illius posteris [illegible] solutionem summae praedictae principalis et [illegible] pro tempore et loco supraexpressis ac solutione succumbendo. Quoquidem vadio modo praemisso ad solvendum succedente ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complendaque praemissis super summa ipsa non soluta

Solvenda citatus extra memoratus regni Reverendus Abbas Sandecensis aut eius posteri ad instantiam praedicti Generosi Hermolai Tyrawski vel eius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisl. sive Castrense Capitanealem [illegible] Sanocense vel extunc recessu supraseratum quoad reandum spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere [illegible] vadium praestitum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundemque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusque terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimen ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos Terminos officii praefati ad quod ex praemissis citatus dilationem sibi non recipiens nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciens ac praemissa omnia penitus simplicibus vel incidentalibus evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praesertim Terrae bello Convocationeque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Premisliensi feria tertia ante Festum Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Tertio. 21/VI 1633

Socha Bunkowskiemu Cedit.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisl. Nobilis Nicolaus Socha sanus mente et corpore existens recedens a Terris districtibus suis iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus se vero cum successoribus ac bonis suis omnibus iurisdictioni officii praesentis quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere ac per expressum recognovit. Quia ipse loco et in vim transportationis inscriptionis Castrensis Premisl. cessionarie per se regnantem Nobili Valentino Bunkowski de iure et summa in praesenti [illegible] in Castro Premisliensi Sabbatho post festum Sancti Martini Pontificis proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo trigesimo sexto facta eandemque inscriptionem Castrensem Premisl. cessionarie approbando ad praesentes coram eodem officio Actisque praesentibus [illegible] praedicta sibi ipse iam habendum iterum de omni et integro iure suo valore de summa quadringentorum florenorum pecuniae polonicae ex summa originali Mille florenorum pecuniae polonicae per Generosum Petrum Mniszek in Wiktorow actis Castrensibus Sanocensibus [illegible] modo simplicis debiti facta et recognita Cirquidem ex summa Sexcentorum florenorum

Idem Mniszkowi Roborat

Actum in castro Premisliensi Feria Quinta in Vigilia Festi Natiuitatis Sancti Johannis Baptistæ Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Tertio.

Dersniak Zagorskiem Comitibus Obligat.